SYNTHESES

UTRIUSQUE PHARMACIÆ

E Codice Medicamentario Deprompte Celeberrimo Pharmaciæ Parisiensium Magistrorum Ordini Exponendæ. Deo Duce et Moderatore Francisco Fourcy Collegii Phamaceutici Socio.

E Galenicis

Syrupus De Absinthio.

℞. Summitatum siccatarum et incisarum
Absynthii Majoris. }
Minoris. } āā ℥ iv.
Rosarum rubrarum siccatarum - - - - - ℥ ij.
Cinnamomi acuti - - - - - - - - - - ʒ iij.
Omnia Contusa Macerentur Calore blando, in Matratio obturato, per 24 horas, in
Vini albi generosi - - - - - - - }
Succi Cydoniorum - - - - - - - } āā ℥ xxxvj.
Cola Cum forti Expressione et in Colaturâ, per Chartam Emporeticam trajecta, solve Sacchari albi pondus Dimidio Majus, et Erit Syrupus.

Pulvis Diatrium Santalorum.

℞. Trium Santalorum - - - - - - - }
Rosarum Rubrarum siccarum }
ab ungulis Expurgatarum - - } āā ℥ iij.
Rhei Electi - - - - - - - - - - }
Spodii Ex Ebore præparati - - }
Radicis Glycyrrhisæ siccæ } āā ℥ ij.
fiat omnium Pulvis.

Extractum Aloes

℞. aloes Soccotrinæ Contritæ; - - - - q. v.
Mitte in Vas idoneum affundendo
aquæ ferventis - - - - - - - - - - - q. s.
solve Balneo Maris Liquorem cola et Decanta.
Vaporet Balneo Maris, Eodem modo, et in iisdem Vasis, ut suprà, ad siccitatem.

Diascordium

℞. foliorum Scordii siccatorum, - - - - - - ℥ iß
Rosarum Rubrarum, - - - - - - }
Radicum Bistortæ, - - - - - - - }
Gentianæ, - - - - - - - }
Tormentillæ, - - - - - - }
Cassiæ Ligneæ, - - - - - - - }
Cinnamomi, - - - - - - - - - - } āā ℥ ß.
Dictamni Cretici, - - - - - - - - }
Seminis Berberis - - - - - - - }
Styracis Calamitæ - - - - - - - }
galbani - - - - - - - - - - - - }
gummi arabici optimi - - - - } āā ℥ ß.
Boli orientalis præparatæ - - - - - ℥ ij
Laudani - - - - - - - - - - - - }
Zinziberis - - - - - - - - - - - }
Piperis Longi - - - - - - - - - } āā ℥ ij
Mellis Rosati Colati ad Consistentiam cocti - - - - - - - - - - - - - ℔ ij.
Vini Canarini generosi - - - - - - - q. s.
fiat Ex arte Electuarium, quod sæpiùs agitetur, Donec Consistentiam acquisiverit.

Pilulæ Saponaceæ

℞. saponis albi, - - - - - - - - - - - ℥ iv.
Liquiritiæ pulveratæ Vel - - - - -
farinæ seminis Lini Recentis - - - - ℥ ß.
Misce; fiat Ex arte Massa pilularis.

Balsamum Lucatelli

℞. Ceræ Citrinæ - - - - - - - - - - - ℥ xij.
Vini hispanici - - - - - - - - - - - ℥ iv.
olei olivarum - - - - - - - - - - - ℥ xviij.
Bulliant ad Vini Consumptionem; tum adde
Terebinthinæ Venetæ - - - - - - - - ℥ xviij.
Santali rubri pulverati - - - - - - - ℥ ij.
Assiduè Moveantur omnia, donec Refrigerata fuerint, et factum Erit Balsamum. Cui Majoris Efficaciæ gratiâ addantur
Balsami peruviani - - - - - - - - - - ℥ iij.

Emplastrum Andreæ a Cruce.

℞. Resinæ, - - - - - - - - - - - - - - ℔ j.
Gummi Elemi - - - - - - - - - - - ℥ iv.
Terebinthinæ Venetæ - - - - }
Olei Laurini, - - - - - - - - } āā ℥ ij
Liquefac Omnia igne Moderato, ut f. Empl.

E Chemicis

Aqua Mellis Odora Regia

℞. aquæ Vitæ - - - - - - - - - - - - ℔ iiij ß.
Mellis albissimi, - - - - - - - - }
Coriandri, - - - - - - - - - - - } āā ℥ viij
Caryophyllorum - - - - - - - - - - ℥ vj.
Nucis Moschatæ - - - - - - - }
Styracis Calamitæ - - - - - }
Benzoini - - - - - - - - - - - } āā ℥ ß.
Vaniliarum - - - - - - - - - - - - ʒ iij.
flavedinis citrei recentis - - - - - - ℥ j.
pulveranda Crassiusculè pulverentur, et omnia simul Macerentur per Biduum. Tum instituatur Distillatio B. M. ferè ad siccitatem. inter Distillandum Ambari et Moschi āā gr. ij. cum semisse, Nodulo inclusa, Extremo Capitelli rostro ita appendantur, ut stillans aqua odore aromatum impregnetur. Distillato Liquori admisce
Aquarum Rosarum, - - - - - - }
Naphæ essentialis, } āā ℥ xij
et serva ad usum in Vase ritè clauso.

Kermes Minerale

℞. Antimonii hungarici in frustula effracti ℔ ijv.
Nitri fixati - - - - - - - - - - - - - ℔ j.
aquæ pluvialis - - - - - - - - - - - ℔ viij
inde in Vase fictili Vitratum Bulliant per horas Duas igne æquali et Moderato Liquoris ferventis Duos trientes filtra Tertio Superstiti affunde
aquæ pluvialis ferventis - - - - - - - ℔ v.
Nitri fixati, - - - - - - - - - - - - ℥ xij.
Bulliant ut suprà, filtra iterùm Duos Liquoris trientes.
Tertio adhùc superstiti affunde
aquæ pluvialis ferventis, - - - - - - ℔ v.
Nitri fixati - - - - - - - - - - - - - ℥ viij.
Bulliant ut suprà Totum Liquorem ferventem filtra. Misce in Vase Terreo Omnes filtratos Liquores quiescant per 24 horas; Liquor Decantetur pulvis Residuus Rubens, super papyro Emporeticâ Expansus, edulcetur affusâ identidem aquâ, Donec insipida Exudet. pulvis Exsiccatus Mittatur in fictile, cui affusa Spiritus Vini Rectificati sufficiens quantitas accendatur, ut artis est, quod Bis Repetendum.

Sapo Albus.

℞. Calcis Vivæ frustulatim Effractæ - - - ℔ v.
Cinerum Kali hispanici pulverati - - ℔ x.
Bulliant in Vase ferreo Cum
aquæ Communis - - - - - - - - - - q. s.
Coletur. Lixivium Vaporet usquedum Vas Continens aquæ Communis Drachmas Octo, Contineat hujus Lixivii Concentrati Drachmas undecim. Tum Repone ad subsidentiam in Vase Vitreo Clauso.
℞. hujus Lixivii - - - - - - - - - - - Part. j
Olei Amygdalarum Dulcium, Vel
olivarum - - - - - - - - - - - - - - Part. ij.
Misce in Vase Terreo Vitrato sæpiùs agitando Spatulâ Ligneâ, Donec Materia Spiscescat. Post aliquot Dies identidem agitato, in saponem Coalescet.

Æther

℞. olei Vitrioli Concentratissimi, - - }
Spiritûs Vini Rectificatissimi, - } āā ℔ j ß.
in Retortam Vitream Amplam immitte Spiritum Vini. huic affunde paulatìm oleum Vitrioli; et in gyrum Retortam agitabis ut invicem misceantur Liquores, quod non fit sine Calore, qui ubi remiserit, adapta Receptaculum ritè obturatum, Distilla Ex arenâ igne ità administrato, ut Liquor semper Leviter Bulliat. Prodibit primo Spiritus Vini fragrans quem Exime et serva. iterùm admoto ut suprà receptaculum, Distilla Eodem Caloris gradu, Donec sulphureus odor prodire incipiat, obtinebis Spiritum Volatilem fragrantiorem et suaviorem, quem Excipe et serva. Deinde igni Lenissimo Materiam superstitem Expones (ne offa nigra, in fundo Retortæ apparens, Transeat in Receptaculum), prodibit phlegma acidum, sulphureum et Volatile (quod si velis, illicò separabis) Tandem apparebit oleum Vitrioli dulce, à phlegmate statim et accuratè separandum.

Si Liquorem Æther Dictum obtinere Volueris, secundum Liquorem supra dictâ operatione Elicitum, igne Lampadis esse Distillandum, et statim prodibit Æther.

Lapis Divinus Seu Ophtalmicus.


℞. Vitrioli Cærulei Cyprini, Nitidi, }
Nitri, - - - - - - - - - - - - - - - }
aluminis Rupei, - - - - - - - } āā ℥ vj
Exacte pulverata et Mixta indas matratio Liquefiant Ex arenâ, Liquefactis adde
Camphoræ pulveratæ - - - - - - - - ℥ ij.
Massa igne Refrigerata, effracto Vase, Extrahatur et servetur.


Selectis ut artis est, et Publicè Expositis Materialibus Supra-scriptis Die Jovis xj. Maii [Martii] 1779. Anni R. S. H. Horâ nonâ Matutinâ horum Historiam Naturalem, et Omnia quæ ad Praxim Pertinent Enarrare ac Demonstrare tentabit. Dein Diebus 4 Subsequentibus Ad Operationes exequendas Manum et industriam admovebit. Denique Die Mercurii xvij ejusd. Mensis Syntheses Perfectas Expertissimorum Magistrorum Oculis Subjiciet Renatus Joannes Trouillet Mons-argisensis

Pro Solemni Adoptione.

Dedimus et Vidimus die Septimâ Mensis Martii anni 1779. Brun[?] Trevez Simonnet Becquerel

in Collegio Phamaciæ Viâ Vulgò Dictâ De L'Arbalêtre.





vidimus et probavimus die septimâ mensis martii anno 1779 Le Preux prior pharmaciæ professor. Philippus Alter[?] pharmaciæ professor.

Mr Trouillet

11. mars 1779. c M. Brulé — du matin.
12 mars [illegible]